



Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/325041>

5

THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

BERNARDI FRANCISCI SUERMAN,

MED. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICÆ DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

JANUS RINK,

TIELA-GELRUS.

AD DIEM XXX M. OCTOBRIS ANNI MDCCCXLVII, HORA III.



TIELAE,

APUD A. VAN LOON.

MDCCCXLVII.

THE NEW YORK PUBLIC LIBRARY

ASTOR LENOX AND TILDEN FOUNDATIONS

1155 N. 4TH ST. NEW YORK, N. Y.

APPLIES TO THE BOARD OF LIBRARIANS

FOR THE PURPOSE OF OBTAINING

THE LIBRARY CARD

FOR THE PURPOSE OF OBTAINING

THE LIBRARY CARD

FOR THE PURPOSE OF OBTAINING

THE LIBRARY CARD

JAMES W. WALKER

LIBRARIAN

IN THE NEW YORK PUBLIC LIBRARY

AND A. S. WALKER

LIBRARIAN

THESES JURIDICAE INAUGURALES.

I.

Quod per errorem juris indebitum solutum est condicione repeti non potest.

II.

Lex 5 Dig. *de naut. foen.* ita restituenda videtur: »Periculi pretium est, et si condicione quamvis poenali non existente, recepturus sis quod dederis, et insuper aliquid praeter pecuniam, (si modo in aliam speciem non cadat: veluti ea, ex quibus condictiones nasci solent, ut si manumittas, si non illud facias, si non convaluero, et caetera). Nec;” cet.

III.

Ex jure nostro venditor rei immobilis emtori vacuum possessionem tradere tenetur.

IV.

Melius se haberet art. 434 N^o. 8 Cod. Civ. nostri, si » verba *daaronder begrepen die, welke in den krijgsdienst van het Koninkrijk gestorven zijn,*» ex art. 436 Cod. Nap. desumpta, non fuissent addita.

V.

Emphyteuta in thesaurum, quem in fundo invenit, idem habet jus quod lex domino addicit.

VI.

Usuras pecuniae debitae non usque ad diem oblationis, sed ad diem consignationis deberi statuo.

VII.

Commodatarius rem commodatam retinere non potest, usque dum impensas necessarias commodans ei satisfecerit.

VIII.

Articulus 1888 Cod. Civ. nostri praestat art. 2044 Cod. Nap. his verbis: » *tegen overgave, belofte of terughouding eener zaak.*»

IX.

In Gelria decimae originem suam ex jure ecclesiastico duxerunt, non vero ab initio ad Comites spectarunt.

X.

In processu, qui dicitur *kort geding*, procuratore non opus est.

5

XI.

Reus peregrinus jure postulare potest, ut ab actore peregrino praestetur cautio *judicatum solvi*.

XII.

Etiam nunc in rebus mercatoriis consuetudo valere videtur.

XIII.

Praesumptio quae oritur ex art. 75 Cod. Merc. est praesumptio juris tantum.

XIV.

Quamvis nomen magistri in contractu assecurationis expressum sit, alius tamen magister navi praeponi potest.

XV.

Si incendium culpa filii impuberis, apud assecuratam inhabitantis, ortum est, assecurator ex art. 290 Cod. Merc. solvere tenetur.

XVI.

Art. 497 Cod. Merc. justum continet praeceptum.

XVII.

Probo in novo Cod. Poenali expositionis publicae abrogationem.

XVIII.

Valde probandus est art. 269 Cod. Poen.

XIX.

Nox in art. 381 seq. Cod. Poen. dici non potest omne tempus inter solem occasum et orientem.

XX.

Incendium rei suae persecutioni criminali locum dare non potest, si ex illo nullum exstiterit aliorum damnum.

XXI.

Famulus, qui rem sibi ab hero commissam, ut alteri hujus rei domino, restituat, retinet aut alienat, non incidit in poenam art. 386 N^o. 3 Cod. Poen.

XXII.

Conatus criminis bigamiae puniendus est.

XXIII.


Gentem, cujus fretum unica est via, qua quis e mari libero in mare liberum pervenire potest, transitum impedire non posse, contendo.


XXIV.


Art. 66 Legis Fund. Regi jus gratiae dat, etiamsi ea non ab condemnato invocetur.

XXV.

Art 160 Legis Fund. ad sententiae executionem, non vero ad ipsam judicis decisionem spectat.







1299 837

